

• 19.96 •

CAPUT II.

de
Naturâ L U C I S ipsâ ;

I. SECTIO DEMONSTRABILUM.

§. I.

Dum de Lucis interiori edifferere natura nitor, naturalis ignorantia me mæ pudet, cum immensam illam Dei lucem aestimo, in quâ omnino nullæ tenebræ. Hanc dum anhelo anxiè, in *Votum.* hâc obscuritate rerum radium exoro sapientiæ cœlestis, ut expediām me tot erroribus. O luceat, & caleat in pectore, in animo splendoris vel scintilla aliqua æterni! & ex balbutientis ore opus manuum tuarum admirabile manifestetur, ut Majestas tua incomprehensibilis in secula non terminanda collaudetur, Deus gloriose!

§. II. Lux rerum omnium, quas sensu atq; intellectu assequi valemus, divinissima, perfectissima, optima & subtilissima haberi debet; *Difficultas* ut non præter verum J. Cæs. Scaliger statuerit Exerc. de Subtil. 71. s. i. *argumenti* partem hanc de *Luce subtilissimam in Philosophia esse.* Ibidē etiam à fine fassus: se haud scire, an rerum cœlestium ulla excellentior sit *Luce.*

§. III. Αὐτὸς, Lux ipsa, infinita tamen, independens, in-creata, immaterialis & archetypa, σύντα simplex, triplex τριστος, unus in essentia, trinus in personis nempe Deus est, essentialiter ac propriissimè loquendo, I. Job. I. 5. DEUS noster LUX EST, Deus lux & tenebrae in eo non sunt. Conf. Apoc. XXI, 23. Quare & πατητε trinuna. τῶν Φωτῶν appellatur à Jacobo c. I, 17. & Φῶς ἀπόστολον inhabi-tare; I. Tim. VI. 16. Christus ipse Φῶς αἰληθινὸν (Lux vera) di-citur Job. I, 9. Φῶς ζῶντος ibid. Φῶς κόσμου Joh. VIII, 12. Φῶς simpliciter Joh. I, 5. Divinum Numen lumen est, & flamma, non solis Apostolorum linguis, sed piorum quoq; cordibus infundens sc. Religione nō minori, quam ingenio expressit sensū hymniconditor:

O Lux beata Trinitas, & principalis Unitas!

Autor libror. de Theolog. Ægypt. l. 2. c. 4. (*Aristoteles creditus est,*) Primariæ Lucis appellatione primum Opificem exprimimus necessita-te quâdam ducti; quia ejus essentiam, qualis ipsa in se est, explicare non possumus.